



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

11 Pactum, quòd si res emphyteutica in totum pereat, nihilominus emphyteuta ad pensionem teneatur, an valeat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

illius census solutionem. Cardin. Tolet. <sup>13</sup> secundum ¶ varietatem regionum, varium esse, in Arragonia quinque, in Navarra sex, in Castella septem, ac aliquando amplius, in aliquot partibus Galliarum, & in Germania decem, & etiam Romae. ut pluries ipse vidi, & stipulationibus super censuum erectione interfui, ubi ad septem cum dimidio, & quandoque octo pro quolibet centenatio emanantur, constituuntur. Et ita, si mos illius regionis habent, quod octo, pro centenatio emanantur census, justum pretium reputabitur, ex sententia Navar. in cons. 4. num. 2. & Tolet. infra citandi, & in Urbe vidisse solvi novem pro centenatio, testatur idem Navar. in cons. 9. eod. num. 2. de cens. par. 1. Justum autem pretium annui census perpetui esse sex annua pro centenatio, tenet Paris. in cons. 60. num. 29. lib. 1. cum autem in Urbe, ut plurimum, & communiter a personis timoratae conscientiae, emanantur census ad septem pro centenatio, & a sacra Rota, aliisque ministris iustitiae, in contradictorio iudicio canonizentur, non sine verisimili Papae, ac confessoriorum scientiae, & permissione ad septem pro centenatio, ubi consuetudo non vigeat, quod minori pretio ematur, legitime constitui potest, Card. Tolet. in instruction. sacerdot. lib. 5. cap. 47. vers. secundo ut sine post med. sub num. 1.

<sup>10</sup> ¶ seu quibus census constituitur perireat tota: debitor census liberatur, lib. 1. & ibi Jaf. num. 7. & 13. C. de jur. emphit. & si pereat pro parte, vel infructuosa reddatur, census ad ratam perit, ut in dict. constit. §. sicut etiam: sed, quoniam ¶ ardua est quaestio, an valeat pactum, quod etiam si res emphiteutica in totum pereat, nihilominus emphiteuta teneatur ad pensionem; de qua post alios per Jaf. d. l. 1. n. 13. Pius V. difficultatem huiusmodi removerit, pacta, & conventiones directe aut indirecte obligantes ad casus fortuitos, eos, qui alias ex natura contractus non teneantur, nullo modo valere voluit, ac prohibuit, & ex natura contractus, re censuali perempta debitor census liberatur, ut l. 1. C. de peric. & com. rei vend.

<sup>12</sup> Tertiò, ¶ quod iusto pretio ematur, ut in ead. constit. ibi, iustoque pretio, & tamen non reperitur a Pio V. in dicta constitutione, nec iure communi pretium iustam annui census redimibilis taxatum, sed

<sup>14</sup> ¶ Pius enim V. post editam dictam constitutionem quamplures census ad rationem novem, aut decem pro centenatio, ante illius editionem constitutos in urbe ad partium instantiam juri quaesito derogando, ad septem, ac etiam octo pro quolibet centenatio reduxit, ut est in curia Romana praesertim in tribunali Auditoris Camerae notorium, ex quo colligitur

meus